



TRACTATVS
DE
TESTAMENTIS.



BIBLIOTHECA
UNIVERSITATIS
SALAMANCAE
TESTAMENTIS
DE
SANCTISSIMI TESTAMENTI
TRACTATVS
AVTHORE
P FRANCISCO PINHEIRO,
LVSITANO GOVVEENS
SOCIETATIS JESU,
DOCTORE THEOLOGO;

IN EBORENSI ACADEMIA
OLIM PRIMARIO SACRÆ THEOLOGIÆ
Magistro, & ejusdem Academiarum
Cancellario:

TOMVS PRIMVS

De la licencia del Coll. R. de la Conf. de Sto. de Salamanca.



CONIMBRICÆ

Cum Privilio, & Sup. Gratia.

Apud JOSEPHUM FERREYRA, Vniuersit. Typograph.
Anno Domini M.DC.LXXXI



SANCTISSIMÆ VIRGINI DEIPARÆ ABSQUE LABE ORI- ginali conceptæ.

NON leui piaculo me obstringi putarem, d^r Sanctissima Deipara, si Te, tuæque immaculatæ Conceptionis prædicatione omessa, hunc meum de Testamētis labore, sub alterius nomine, aut patrocinio in lucem darem. Memini enim, cūm in Eborenſi Academia Primarium Theologię Magistrum agerem, illo ipso festiuſſimo die tue immaculatæ Conceptioni consecrato, 8. scilicet Decemb. anno 1648. quo vniuersi ejusdem Academiæ Doctores, & Magistri, vna cum Rectori, & ceteris administris, sub jure jurando publicè, ac solemnī ritu nuncupato, ſemper ſe opinionem, quæ tuam ab ori- ginali culpa immunitatem tueretur, defenſuros profeffi ſunt, apud me ſtatuisse hunc Tractatum Auditoribus meis tradendum cōponere, ac ne tam bene ominus di ei ouſ- piciūm præterlabi ſinerem, eodem ipſo die primam illi manu admcuiſſe. Ex quo, ſi ita dicere fas eſt, Opus hoc Tecum pariter conceptum, Tibi continuo capi adoleſ- cere. Adhac, cum varijs de cauſis ſepiuſ ſuiffet interruptedum, multaque illius pro- gressui obſtarent difficultates, omnibus ex roto ſuperatis, illud tandem ſolemniuſ iſta- tionis tuae die, 2. videlicet Iulij an. 1658. feliciter absolui: vt omne procul eſſet du- biuſ, quemadmodum principium, ſic & finem à Te ſuiffe conſequutum; & quidem, niſi Te patrocinante, nec ad illud aggrediendum animuſ, nec ad proſequendum, & perficiendum mea ſufficerent vires; præſertim aduersaſere ſemper per id temporis corporis valetudine. Tuum ergo eſt, Tibique acceptum refeſo, ſi quid in eo vel reſtē ad intelligentiā deſcriptum, uel ad noluptatem concinnum, vel ad uilitatem, & rūſum ex ſanta doctriuſe fontibus depronuptum eſt. Nec modò ingratus, verum etiam injuriuſ noui immerit dicerer ſi, Te præter, alium ei patronum, aut vindicem in lucem prodituro adſcriberem.

Ceterū, quando totus hic liber ad teſtamentariam diſpoſitionem ſpectat, ipſa huiuſce rei conditio monet, non poſſe me, aut Tibi ad honorem cōſultius, aut mihi ad fructum opportunius de hiſ qualibuscumque meis elucubrationib⁹ in præſentia- rum diſponere, quam ſi in eis, quaſi ex teſtamento in piam cauſam, Te hæredem inſti- tuero: eſt enim iſtitutionis titulus ceteris omnibus honorabilior, vt jura ipſa non ſemel in hoc ipſo opere inculcata indubitanter ſtatuunt; nec aliquis ſibi, ſuisque re- buſ melius, quam per teſtamentum cōſulit, vt ex ipſo etiam iure notum eſt.

Dignare igitur, d^r Sanctissima Deipara, vt hoc qualecumque manuſcripto, et ſi multas alijs Tibi nominibus debitum, iſtitutionis etiam, ac hæredis titulo, ad Te per-



TRACTATVS
DE
TESTAMENTIS.
PROÆMIUM.

QUID SIT TESTAMENTUM ET QUO
jure fuerit introductum?

SUMMARIUM.

Traditur, & explicatur definitio testamenti. n. 1.

Institutio hæreditis est omnino necessaria in testamento, cuius est veluti caput, & fundamentum.

poteſt autē fieri in quavis test. parte. n. 2

Quænam dicitur institutio directa: quæ indirecta? n. 3.

Vtrum factio testamenti sit de jure gentium, vel de jure ciuili? Eſſe de jure Ciuiti, una sententia affirmat, & quibus fundamenteis? n. 4. & 5.

Communior sententia est, testamentum fuſſe inuenta, & introducta jure gentium, recepiffe autem formam, & solemnitates à jure Ciuiti. n. 6. Probatur hæc sententia. n. 7. & ſiqq. Solauuntur fundamenta in contrarium. n. 10.



ESTAMENTUM definitur à Modestino Jurisconsulto in l. 1. ff. de Testam. Eſt voluntatis nostræ justa sententia de eo, quod quis post mortem suam fieri vult. Cui de-

finitioni addit merito Accursius ibidem, cum hæreditis institutione, ſilicet, directa. Dicitur, justa sententia, id est, cum ſolemnitatibus, & cæteris in jure requisitis, ve idem ſit iusta, atque legitima, ſeu, ſecundum leges. Subditur, de eo, quod quis post mortem, &c. ut diſtinguatur à diſpositionibꝫ inter viuos. Additur, cum hæreditis institutione directa, quia hæreditis institutio, quæ ſimpliſter prolatæ ſemper intelligitur directa, eſt ultima, & maximè propria testamenti differentia per quam à cæteris ultimis voluntatibus diſcriminatur, id est, à codicillis, legato, fideicommisso, & donatione cauſa mortis, quibus hæres institui non potest. Id vero intellige lecundum jus commune. Nā ex priuilegio, etiam in codicillis potest miles hæredem directo instituere, ut habetur. l. Militis, ff. de Militari teſtamen-
to.

Adeo autem ſecundum jus commune
necessaria eſt institutio hæreditis in teſta-
mento, vt ſine ea ſit inane, ac prorsus nul-
lum, §. Ante hæreditis, Instit. de Legatis,
§. In primis, Instit. de Fideicommissarijs
hæreditis. l. vlt ff. de Hæred. instit. cum fi-

A militi.,